

per officiales Curie fuerunt deportate in Ecclesia Maiori Montis Viridis et divise inter Episcopum et Canonicos Ecclesie supradicte. § Item ponit quod de ipsis Iuribus est in possessione vel quasi et fuit a tempore a quo non extat memoria usque ad diem obitum clare memorie domini Karoli qd. Ierusalem et Sicilie Regis. § Item quod Episcopus petrus suus in ipsa Ecclesia predecessor dominus Montis Viridis qui fuerunt pro tempore et turbabant ipsam Ecclesiam in predictis Iuribus excommunicavit et ipsi memoria postulantes et promictentes emendari et super hoc corporaliter ad Santa dei Evangelia et puplico Iuramento munus absolutionis obtinuerunt ab eo. § Item quod de predictis omnibus est vox et fama puplica in Civitate et dyoecesy Montis Viridis. Hiis igitur articulis et positionibus nobis datis et assignatis in suscriptis nominibus testium quos super hiis volebat iddem Episcopus producere quos dedit per omnia perd. protestando quod si super ipsos iura Ecclesie sue probate non posset, ipse volebat alios testes probare super iisdem articulis et positionibus, et istos super aliis articulis et positionibus faciendis cum iddem Episcopus ad evitandam confusionem non posuerit modo omnia Iuxta que probare intendat hactendentes quod ipsorum examinatis testium Nobilem virum dominum Adam farrerium dominum Montis Viridis aliquo forte modo tempore sibi denunciavimus et citari fecimus testes nobis datos in scriptum per Episcopum memoratum quo supra intendebat per hunc modum. Sinibaldus dei gratia Melfiensis Episcopus discreto viro dompno Bartholomeo presbitero et Canonico Montis Viridis salutem in domino. Noveritis nos recepisse licteras Santissimi in Christo patris domini G. Episcopi Sabinensis apostolice Sedis legati ac Regii eiusdem Baiuli generalis Gerardus Episcopus prout superius continetur. Cuius auctoritate Mandati quatinus Archidiaconum. Archi-